



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De causis matrimo. c. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

delium. Nam Matrimonium nouæ legis est Sacramentum gratiam gratum facientem conferens, cuius actus coniugales sunt meritorii si fiant ex debito fine, vt iustitiæ zelo, & religione, non secus ac alia bona opera facta in gratia, quibus omnibus veterum, & infidelium Matrimonia carent. Hæretica est nunc Durandi opinio, qua negauit Matrimonium Euangelicum esse sacramentum à Christo institutum, & gratiæ collatiuum. Trid. Sess. 24. c. 1. & Sess. 6. & 7.

*De causis Matrimonii. Cap. 2.*

**S**acramenti Matrimonii quatuor sunt causæ. Efficiens, sunt contrahentes quatenus matrimonium est quidam cõtractus naturalis, quatenus verò sacramentum Deus est causa principalis, Minister causa instrumétalis. Materia est cõsensus interior vtriusq;

coniugum. Forma sunt signa exteriora, vel verba, aut nutus, quibus exprimitur consensus, siue contrahentes ea faciant per se, siue procuratores. Finis triplex, bonum prolis, concupiscentia remedium & mutua viri & vxoris obsequia ante Concilium Tridentinum legitur, id est curatus, & testes non erant necessarii, post vero sine talibus nullum est atque irritum sacramentum Matrimonii, & requiritur minimum duo testes.

*De impedimento erroris, & conditionis. Cap. 3.*

**M**atrimonii impedimenta sunt in duplici differentia, quaedam enim impediunt contractum & contrahendum, quaedam contrahendum duntaxat. Contrahendum, & contractum impediunt, quae sequentibus capitulis continentur impedimenta.